

Caput II. De Enunciatione in genere.

- I. Quid sit? ἀπόφανσις ἐστὶ λόγος ἐν ᾧ τὸ ἀληθεύειν ἢ ψεῦδεσθαι ὑπάρχει. l. de Interpr. t. 4.
 ENUNCIATIO est oratio in qua verum vel falsum inest.
- II. Quot & quae in Enunciatione rependantur? R. Tria
- 1. SUBJECTUM, est id, de quo aliquid affirmatur aut negatur.
 - 2. PRÆDICATUM est id, quod de aliquo affirmatur aut negatur, Subjectum & prædicatum dicuntur etiam extrema sive termini, item partes enunciationis, & constat utrumque interdum una, interdum pluribus vocibus.
 - 3. COPULA, est verbum substantivum conjungens prædicatum cum subjecto, & ponitur vel
 - Explicitè, quando aliquid ordine constructionis post verbum in nominativo ponitur: ut Deus est Spiritus.
 - Implicitè, quando nihil ordine constructionis post verbum in nominativo ponitur, tunc enim verbum continet in se copulam & prædicatum: ut Petrus orat Deum, id est, Petrus est orans Deum.
- III. Quotuplex sit? R. ENUNCIATIO dividitur
- 1. Secundum Essentiam. Vide cap. 3.
 - 2. Secundum Qualitatem, } Vide cap. 4.
 - 3. Secundum Quantitatem.
 - 4. Secundum Materiam. Vide cap. 5.
- IV. Affectiones Enunciationis, Vide cap. 6.

Caput III. De Enunciationis divisione secundum Essentiam.

1. Quid sit? R. ENUNCIATIO SIMPLEX seu CATEGORICA est, quæ unum prædicatum de uno subjecto affirmat vel negat: ut homo est animal.
2. Quotuplex sit? R.
- 1. vel
 - Absoluta, sive de inesse, quæ absolute significat aliquid inesse, aut non inesse alicui: ut homo vivit.
 - Modalis, quæ prædicatum dicit inesse subjecto non absolute, sed cum aliquo quatuor modorum: Necessè, possibile, impossibile, contingens: ut Necessè est hominem esse animal.
 - 2. vel
 - Finita, cujus subjectum & prædicatum est finitum,
 - Infinita, cujus subjectum, vel prædicatum, vel utrumque est infinitum: ut homo est non lapis.
 - 3. vel
 - De secundo adjacente, in qua ponitur verbum substantivum nullo nomine post illud sequente: ut homo est.
 - De tertio adjacente, in qua ponitur verbum substantivum nomine alio post illud sequente: ut homo est mortalis.
 - De verbo adjectivo quando prædicatur quodcunque verbum aliud præter substantivum sum, es, est: ut cælum movetur.
- COMPOSITA, quæ constat pluribus enunciationibus tanquam præcipuis partibus cap. 8.

De ENUNCIATIONE in genere IV. not.

Ratione Essentiae ENUNCIATIO est vel

SIMPLEX, de qua 2. not.